



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **S. Odilo Abbas. Cura defunctorum**


**[Köln], [1654]**

S. Rupertus Episcopus. Præparatio ad bonam mortem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71907](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71907)





**S. RUPERTUS EPISCOPUS.**

*Preparatio ad bonam mortem.*

Deus, qui S. RUPERTVM, Bojorū Apo-  
stolum, de instanti exitu præmoni-  
tum, in æternam requiem transtulisti;  
da, ut ejus adjuvante suffragio, non  
deprehendamus imparati ad mortem,  
Christianè obeundam.

*Ora pro vicinis morti suæ.*



90  
Chri-  
rupiens  
is Epi-  
West-  
m con-  
Ludge-  
tfridus,  
genere  
Ultra-  
Diaco-  
entrien-  
Tum fa-  
nde pul-  
is, cogi-  
nam Cæ-  
bio ex-  
s notan-  
tur an-  
ndo fuit  
y quibus  
nasterit  
liernum  
is Wer-  
s claruit  
rædicti  
cebat di-



**B**avaris, à Gothorum imperio ad Francorum dominatum transgressis, sub Chlodovæo I, aut certe hujus filio Theodorico, Christianam fidem annuntiavit Rupertus, Wormatiæ Episcopus, an. 577 ordinatus. Nempe, expulsus sua Sede, per prævalentes Gentilium factiones, benigne exceperat Theodo Dux, fidem cum Proceribus nonnullis apud Francos edoctus Universam autem regionem Austriamque & Carinthiam circumiens usq; in Pannoniam, & ubiq; Dei verbum prædicans, breviter gentem totam Christianam fecit. Ac primo Ecclesiam Ratisbonæ, tum Lauream ordinavit, Sedem deniq; Salisburgi constituit, ubi & S. Maximianicœnobium virginitatis aliudq; in ipso loci castro virginibus excitavit, accita cognata S. Erendruda, quæ ipsi præesset. Ita rebus optime constitutis, illi que simul Domino ministrantibus, indictus S. RUPERTO est vicinus instare obitus. Hoc ille cognatæ revelavit, & deprecamine diu super viveret, libenter annuit; abiit ad Christum ipse an. 623 vel 628 in die Paschæ. Corporis prima Translatio facta est an. 780, secunda 892, utraq; 24 Septembris.

*Et vos estote parati, quia qua hora non speratis, filius hominis veniet. Luc. 12.*